

## CAPUT XV.

DE

VENENIS EORUMQUE  
SPECIALI ANTIDOTO JU-  
NIPERO DISSE-

RIT.

Quamvis homo omnium Creatu-  
rarum Nobilissima ac Præstantissima  
sit, tantis tamen calamitatibus & peri-  
culis, mortem τὸ τῶν Φοβερῶν Φοβερῶ-  
τατον minantibus, est cinctus, ut sem-  
per habeat, à quo sibi cavere debeat.  
Non enim tot tamque varii solùm mor-  
bi vitali necari qui insidiantur & vi-  
tam, si non planè adimant, beatâ tamen  
morte multò infeliciorem reddunt, suffi-  
ciunt, sed homini insuper *multa veneno-* Veneno-  
*rum genera* insidiás struunt, cùm in o- rum na-  
mnibus Macrocosmi, Regnis, ut vegeta- tura.  
bili, animali & minerali talia extent *vene-*  
*na*, quæ humanæ naturæ & complexioni,  
secundum *Forestum lib. 39. observ. in Schol.*  
*ad observ. 2. de Venen.* extremè repugnant,  
& dicente Nobiliss. D. D. Welschio cap. 17.  
*judic. rational. vuln. letal.* vi suâ delete-  
riâ calidum nativum Cordis primariò,  
atque adeò reliquarum etiam partium  
oppugnant ac destruere nituntur: Si-  
quidem hæc & in minimâ quantitate as-  
sumta vel corpori ab extra admota gra-  
vissi-

vissima excitant mala, ut, si non matu-  
re illis obviam eatur, hominem citissimè  
interimere, vel nonnunquam per ali-  
quot tempus in corpore latere & postea  
deleterias suas vires maximo cum im-  
petu exserere valeant: Nonnulla enim  
homines citò vel *aduptione*, *suffocatione*  
vel *coagulatione* è medio tollunt, non-  
nulla verò *viscerum erosione*, *exulceratione*,  
*putrefactione humorumq; corruptione* & co-  
nomiam corporis humani subvertunt,  
animamq; ex fede suâ amicissimâ emi-  
grare cogunt.

Quomodo autem *venena corpori*  
externè tantum admota tantas calamiti-  
tates in corpore tam citò excitare vale-  
ant, merito curiosè inquirendum; Salvo  
aliorum doctiorij udicio hæc ex nostrâ  
conjecturâ videtur ratio: Videmus il-  
los, qui à viperâ, serpente, aliove ani-  
malis venenati morsu vulnerati sunt, vel  
venenatas res faltem attigerunt, veneni  
vires illicò in corporis partibus interio-  
ribus p̄cipere, cum tamen ad illas ni-  
hil veneni immisum & perlatum videa-  
tur. Hanc venenorū deleteriam quali-  
tatem & efficaciam ac venenatorum ani-  
malium halitus vel sputa consistere pu-  
tamus in *Sale Spirituue acerrimo maxime*  
*que volatili*, qui per conspicuos corporis  
cutisque meatus, poros videlicet, cuti  
modo

*Qualita-  
tes ve-  
nen-  
orum.*

*Veneno-  
rum vis-  
quo consi-  
stat.*

modò si admoveantur , ad intimiores corporis partes ipsamque massam sanguineam penetrant ipsique cordi per circulationem omnibusque visceribus communicantur.

Hoc autem possibile esse ita probari posse putamus : Quemadmodum Salia volatilia Spiritusque maximè volatiles & in aliohol redactos ex optimè occlusis vittis vasisque evolare & auras petere cernimus , ita & venenorū Salia & Spiritus volatiles multò facilius per poros corpori se intimiùs insinuare adque internas illius partes pervenire posse non absurdum judicamus ; imò in Salinis cernere licet aquam Salinam corticem ovorum , si in illa ad duritiem coquantur , penetrare & tām brevi temporis spatio salinum saporem toti ovorum substantiæ communicare , sapimus & gustu deprehendimus , cur ergo venena , majori utpote vi & penetratione ac subtilitate prædita , quām Sal illud culinare & aqua salina , corpus non penetrare & venenosā suā qualitate internas quoque illius partes non inquinare valeat?

*Venenum* itaque corpori immisum maximam maximeque malignam excitare ebullitionem & effervescentiam tām in sanguine , quām aliis omnibus corpori

corporis partibus, ad quas illud deferatur, ob diuersas & sibi invicem contrariae qualitates ( sicuti in Spiritibus contrariae qualitatis Saleque volatili præditis observatur ) indeque tumorem præternaturalem, qui in veneno affictorum corporibus conspicitur, ortum ducere judicamus cum B. D. D. Moltenbroccio cap. 9. Cocklear. Curios. Huic si non tempestivè obviam eatur & naturæ pugnanti venenumque ejicere conanti suppetiæ ferantur, actum est de hominis vitâ, quoniam universum **corpus venenatum** sibique maximè contrariâ & inimicâ qualitate imbuitur. **sangvis ante a laudabilis,** **venenosus,** **acris & igneus** quasi redditur, qui ad cor delatus, efficit, ut ipsa cordis **substantia reliquorumque viscerum aduratur** & corrumpatur citissimè, denegatâ videlicet materia, **cordis reliquorumquo viscerum inflammationem, adustionem & corruptionem impediente.**

Hanc fermentationem & ebullitionem à Sale volatili venenorū vel acredine aciditateve aliâque fermentandi vi præditâ qualitate illorū provenire prolixâ probatione non egere arbitramur, cum oculari illud rerum Chemicarum peritorum inspectioni, ut supra monuimus, pateat & ab aliis jamdum probatum sit & explicatum.

Di-

Diximus suprà nonnulla *venena Venena suffocatione* vitam perimere & coagula-*suffocatio-*  
*tione*, de quibus nunc etiam agendum. *ne peri-*  
*Si suffocatione venena noceant, adscri-**munt &*  
*benda hæc illorum noxa Spirituosis, van quomodo.*  
*porosis & venenatis corundem fuliginibus,*  
*quæ vel per se in corpus attrahuntur ei-*  
*demque communicantur, vel à prædi-*  
*câ excitatâ fermentatione & ebullitio-*  
*ne excitantur. Si enim exhalationes*  
*carbonum secundum Amat. Cent. 7. Cu-*  
*ras. 33, vapor musti & cerevisiæ, hali-*  
*tus cloacæ testante Haechter. Decad. 3.*  
*Cas. 8. evaporationes calcis tectoriæ ob-*  
*servante Tulpio l. 3. c. 41, stuporem & mor-*  
*tem inferre potuere, sique Spir. Vin.*  
*ipsumque vinum, immodicè si assuman-*  
*tur, lethali successu ob Spirituosas eo-*  
*rundem evaporationes fuerint assumta,*  
*multò magis venena maximè & vapo-*  
*rosâ qualitate conspicua suffocationem*  
*mortemque ipsam causare possunt: No-*  
*tum enim est, vapores crassos Spirituum*  
*animalium influxum impedire, exho-*  
*rum penuria dicente Sylvio lib. 1. Prax.*  
*Med. cap. 20. §. 12. Cor imbecillus mo-*  
*veri, & sic exabsentiâ illorum & denegato*  
*influxu planè motum cordis ipsamque*  
*vitam tolli.*

Spirituosi & venenati hi vapores  
 vel attrahuntur corporique se insinuant  
 O 2 per

per inspirationem vel per poros, ut sūprā dictum, vel ab ebullitione & fermentatione veneni in corpore excitatā producuntur. Fermentationem autem vapores gignere, extra dubitationis aleam est positum, cum quotidiana illud experientia testetur & dubitantes ad fermentescētia vini, & cērēvisiæ, Spiritus Vini dolia remittat, ubi sensibus illud suis manifestē satis percipient.

*Coagula-  
tione ve-  
nena occi-  
dere.*

*Unde pro-  
veniat co-  
agulatio.*

*Coagulationi* etiam venena suffocatiōne nocentia noxam suam debent, cum veneni qualitas venenata in eo etiam consistere videatur, quod sanguinem coagulet, & sic ob lentorem & inopiam sanguinis, cordis inflammati ardorem restinguere debentis, homo suffocetur.

*Hanc coagulationem à Θe veneni acri & coagulari aptissimo provenire opinamur: Omnis enim concretio & coagulatio salinū propria est eaque naturā suā ad coagulationem, discente Sennerto cap. XI. de consens. & dis-sens. Chym. p. 304. tendunt, & concrescere ac coagulari omnis Salis est proprium. Cum itaque Sal illud venenatum ad Sal, quod tam sanguini, quam aliis corporis partibus & humoribus copiosè satis inest, defertur, utique illud sibi simile reddere & ad coagulationem illud, ut & totam massam sangvineam, disponere & adducere yerosimile appareat, sicuti *Sal Urina vola-**

*volatile Spiritum Vini coagulare solet, no-*  
*tante Sennerto lib. V. Instit. part. 3. sect. 3.*  
*cap. 15.*

Sic præterea notum est, quod Sal commune, si cum nive misceatur, illam coagulet & glaciem, licet æstatis tempore operatio hæc instituatur, efficiat, testante hoc Renato des Cartes cap. 3. Mercuror. p. 166.

Sic quoque *Glauberus part. 2. Mirac.*  
*mund. cap. de usu Salis* mirabile proponit Sal, quod aquas tam pluviales, quam stillatitias, imò fontem vā scaturientem obturare, insuper quoque Vinum, Acetum, Mel, Cerevisiam &c. in soliditatem glaciei æmulam redigere possit.

Et quem, quæso, latet Opii, divini alias medicamenti in verò & legitimo usu si adhibeatur, maxima vis? Hoc enim abusivè in nimiâ copiâ vel intempestivè adhibitum Sangvinem Spiritusque in corpore humano ita incrassasse & congelasse, ut ex venâ sectâ post opium exhibitum ne guttula quidem sanguinis exiverit, sed ille glaciei instar steterit ceu Marpesia cautes, unde stuporem, suffocationem mortemque ipsam nonnunquam provenisse observatum est, sicut hac de re fusiùs videri possunt *Trallianus lib. 3. cap. 1. Cardanus lib. 18. d. subtilizat p. 930. Plasterus lib. 1. observ. Diobiliss.*

O 3

D. D.

D. D. Wedelius lib. 2. Opiologiae sect. 3. cap. 3. § 4.

*Poeneno-  
rum erosio-  
ne, exul-  
ceratione,  
putrefacti-  
one nocen-  
tium Vis.*

De Veneris, erosione, exulceratione & putrefactione vitam quæ adimunt, non aliter judicamus, quam quod eorum vis in maximè Spirituosâ, acerrimâ & erodente consistat qualitate & acredine intestinis partim membranosis, partim toti corpori omnibusque, partim verò certis visceribus partibusque humani corporis infensâ, eorumque incolumentem evertere unicè gaudente. Sic venenum ad viscera delatum eadem eredit, quam erosionem sequitur propter virulentiam & inflammationem, exulceratio, exulcerationem putrefactio, putrefactionem Mors, unde dicente Nobiliss. D. D. Welschii cap. 7. Rational. vulner. lethal. jud. pag. 195. viscera veneno extinxitorum funesta satis apparere & vel plurimis suspectis maculis conspersa, vel integrè immutata experimur, ita ut aliena planè facies sit viscerum omnium in iis, qui veneno sunt extincti, quam qui vel morte naturali vel violentâ perierunt.

Humores maximè à venenis corrupti non est quod dubitemus, siquidem illi qualitate venenosa, prout illa se habet variè, alterari venenosæque qualitati similes reddi nullum fore dubium

bium existimamus, cùm eorum corrumpere oculari post mortem pateat contemplationi.

Cum itaque verè dicatur, quòd homo homini lupus, imò Diabolus quandoque esse soleat, alterque alteri variis impiisque modis insidias struat, ut eum vel lucelli vel odii gratiâ & medio quovis vetito modo, vel vi, vel astu, clam, aut palam, tollere queat, hinc varia ab impiis sceleratisque Diaboli mancipiis excogitata sunt venena, quibus mediantibus nihil quandoque mali me tuentes sub persona amicitiae incautè decipiuntur & ex vitâ migrare coguntur, cùm & nefanda hæc facinora amicorum optimi, imò conjuges perpetras se testantur Exempla, quò de ulterius videri possunt *D. D. Amman. Med. Crit. Cas. 60. & 98. Platerus lib. 2. Observ. p. 443.*

*& alii.* Quapropter in tantâ scelerum abundantiâ merito tam à Magnatibus, cùm horum vitæ præprimis insidiæ struantur, quam medicis celebrioribus excogitata & inventa sunt quamplurima Antidota, quibus mediantibus ab ejusmodi toxicis venenatisque insidiis se suosque præservare, & si quid eorum assumpserint, ne noceant, curare possint, quibus plerumque baccæ juniperi ob nobilissimam quam possident vim

O 4 ale-

alexipharmacam additæ sunt, sicut ex sequentibus patebit.

In hunc finem<sup>1</sup> Magnus ille Rex Ponti Mithridates nobilissimam Mithridatii confectionem componere jussit, quam *baccæ Juniperi, ratione Trochiscarum Cyphœs* quibus illæ admixtæ sunt, ingrediuntur.

Sic *Magnus* ille *Pergamenus* Pharmacum Veneni Præservativum describit & hoc Nicomedem Regem usum fuisse, si quando eorum, qui illum invitassent, suspectam habebat fidem, testatur lib. 2. d. *Antidol.* p.m. 1235.

**Bz** *Bacc. juniper.* 3ij. *sigill.* *lemn.* 3ij.  
*obol.* ij.

Trita exceptaque oleo reponito, porrigitur ex hydromelite instar nucis avelanæ.

Sic & Antidotum Præfagientem dictam, quam ebibitæ venenum cum cibo sumtum prorsus reddetur vomitu, adjungit. Constat ex iisdem ingredientibus ut prius, pondus tamen eorum mutatur.

**Bz** *Terr. lemn. Drach. 1. obol. ij. Bacc. juniper.* 3ii.

Lævigentur exactè cum pauxillo olei dulcis. Propinetur ex mulsâ nucis ponticæ magnitudine.

Sequentem præterea Antidotum ad  
Vene-

Venena Damocratis subjungit Galenus  
loc. cit.

**R** Sanguin. anserin. testudin. marin.  
anat. hedor. àā sicc. 3ij.

Myrrb. spic. nard. àā 3x. cinamom. 3v.  
Fol. ros. sicc. 3j. junc. odorat. thur. cost.  
àā 3j.

Anmom. piper. alb. àā 3ij. piper. long.  
3iB.

Croci 3iB. Cass. 3j. Rad. trifol. polio  
àā 3v.

Opobalsam. 3ij. perrosel. 3B. Bacc.  
juniper.

Acori, rhei pont. meu, dictamn. pbn  
Ammoniac. Thymiamat. fænicula  
àā 3ij.

Agarie. 3iB. Rut. saxat. 3ij. danci  
3ij. anis.

Asar. ammeos, cumin. àā 3iB. Senn.  
nap. sylv. 3ij.

Scord. Cret. 3v. Mell. opt. duplum  
omnium.

Detrita omnia, coctoque melle excepta  
Vasis indito.

Sic oleum Hyperici compositum  
Erhardi Ellenbergii describit Schröderus  
lib. 2. Pharmacop. Med. Chymic. cap. 272  
quod contra omnia venena vulneraque  
venenata, quæ vel ferro vel à venenato  
animali inficta sunt valere asseritur, 3ij.  
bacc. juniperi clarum.

Quem latent Extracti Bezoardici  
Oaris *Mynsichti* stupenda virtutes? ad  
quævis enim fere metallica, animalia &  
vegetabilia venena felicissimo successu  
exhiberi syadet citatus Autor, cuius de-  
scriptionem, quæ *3iv.bacc.juniperi* super-  
bit, ulterioremque commendationem  
*vid. in Armament. Chym. scđt. 3. pag. 58.*

Quemadmodū recensita hæc medi-  
camenta omnis generis ferè venena abi-  
gere & ab illis præservare creduntur, ita  
specialiter *Jnniperi* partesque ejus se-  
quentibus specificè adversari venenis  
dicitur.

i. Ex Vegetabilium Venenorum  
genere *Rhododaphne seu Nerium* est, Ger-  
manis *Olander* & *Unholden-Kraut*  
dicitur. Frutex est proveniens in Syriâ,  
Cretâ, Galliâ & locis circa Genuam,  
aspectu pulchra, foliis lauri æmulis, flo-  
ribus nonnunquam albis, nonnunquam  
purpureis prædita, fructum fert elonga-  
tum instar amygdalarum, qui cortici  
lanuginoso & cornu repræsentanti inclusus  
est, teste *Bocchero Parnass. Med. Phy-*  
*ziolog. p. 527. Tabernamontano, Lonicero &*  
*aliis. Vires ejus ita à Galeno lib. 8. d.*  
*simpl. med. facult. p. 1098. proponuntur:*  
Foris quidem illitus frutex *Nerii* dige-  
rendi vim obtinet, at si intra corpus su-  
matur, virulentus homini & pecudibus  
pleris-

*Nerium*

plerisque est & pag. 1105. citat. lib. Rhododaphne, inquit, totâ suâ escentiâ venenum est & homini & plerisque pecoribus. Huic ejusque umbræ, quæ etiam homines lñdere perhibetur, opponitur *Juniperus*, & quidem umbræ, suffitius ex *Junipero*, frutici verò succove illius, baccæ *juniperi* eamq[ue] succum, Autore *Macassia* lib. 2. *Prompt. mater. med. cap. 2.*

Sic II. ab eodem Autore loco citato *Juniperi* baccæ & suffitius contra venenatam qualitatem & noxam, quæ homini ab usu & umbrâ *Arboris Taxi* conciliatur, commendantur. Est autem *Taxus Arboris* similis abieti, à quâ tamen altitudine superatur, perpetuò virens, tenuifolia, baccas ferens rubras, magnitudine eryorum, cortex ejus quoad colorem corticem cedri æmulatur, tantæ venenatæ qualitatis, ut non internus solùm ipsius usus hominem interimere lethali alvi profluvio, sed umbra etiam illi nocere soleat, præsertim in Galliâ, Arcadiâ, Regione Narbonensi, quæ tantâ censemur virulentiâ prædicta, ut multos in umbrâ ipsius recumbentes interemerit, quo defusi videri potest Matthiolus, *Epit. de plant. p. m. 840.* Provenit illa quoque in Germania, sicuti prope pagū *Cunizensem*, non procul à Jenâ sito eandem, nos vidisse recordamur, quæ tamen tantæ virulen-

*Taxus.*

rulentiae non est, nocere tamen libentiū credemus, quām in nos experiemur. Ab hac Arbore Taxo Toxicæ deducuntur medicamenta, quoniam hāc Arbore Veteres sagittas olim intoxicasse testantur. *Bieberus loc. cit. & Lonicerus part. 4. herb. cap. XX.*

*Lepus**Marinus.*

*Contra Venena animalium, è quibus I. prodeat lepus marinus, qui peculiari vi secundum Galenum lib. de Thersac. ad Pison. p. 1272. pulmones exulcerare dicitur, ob idque ad venenorū genera relatus, profunt medicamenta Juniperina, sicut bacca Juniper. contra leporis marini venenum adhibetur à Macasio loc. citat.*

*Serpens.*

*II. Contra serpentum mortuus succum è foliis Juniperi expressum specificā virtute valere afferit Tabernamontanus lib. 3. Herbar. part. 2. cap. X. & Matthiolus idem quoque testatur pag. 53. Epit. plantar. foliaque si bibantur eandem dicit obtinere efficaciam.*

*Tarantula*

*III. Animal veneno quoque homini nocens est Tarantula, Veteribus Phalangium dicta, cuius venenum exiguā quantitate ex ipsis ore primò quidem in superficiem, deinde verò in totum corpus defertur illudque afficit, variasque insuper & admirandas noxas excitat vitamque ipsam quandoque adimit, sicut ex Galeni lib. 3. d. loc. affect. cap. V. p. 744. & lib.*

**G**lib. 6. cap. V. p. 7. Sennerti lib. 1. Mod.  
Pract. part. 2. cap. 17. Aldrovand. lib. V. d.  
Infect. cap. 12. Scaligeri exercit. 185. vide-  
ri potest.

Præprimis rerum naturalium **Cua-**  
**riosissimus Scrutator Athanasius Kircherus**  
**lib. 3. Mund. Magnet.** singulari diligentia  
Tarantularum venena eorumque natu-  
ram describit, curamque per concentum  
Musicum satis eleganter proponit, ab  
hoc enim præprimis Tarantularum ve-  
nena infringi docet experientia.

Quæ autem sit ratio, ob quam **Vene-**  
**na Tarantularum iam varios in corpore hu-**  
**manoproducant effectus**, meritò considera-  
tione dignum est: nonnulli enim à  
Tarantula demorsi cursitant, nonnulli  
saltant, alii tremunt, alii sudant, alii in-  
saniant, quidam plorant, quidam ri-  
dent, hi dormiunt, illi vigilant, plerique  
certo quodam colore delectantur o-  
mnesque nullo alio medicamento feli-  
cius, quam Musicā curantur. A quibus  
autem qualitatibus diversa hæc proye-  
niant symtomata, hæc conjectura vide-  
tur verosimilis: Et primò quidem no-  
tandum, quod sicut inter hominum tem-  
peramenta & constitutiones naturales,  
sic & inter qualitates venenorū Taran-  
tularum quædam sit facienda diversitas,  
& licet omne Tarantularum venenum

**Taranta-**  
**larum Ve-**  
**nene qua-**  
**litas.**


*Volatilo*

Volatile, Spirituoso sum & potens sit, unum tamen volati'us, potentius & magis Spirituoso sum esse altero, sicque partim eorum acidas, acres partim, partim austeras partimque salsas aliasque obtainere qualitates, quæ tamen in hoc Tarantularum veneno magis, quam in altero percipiuntur; Hinc si quis acido, austero & acerbo veneno inficiatur, exinde melancholiam, luctum, torporem provenire, si autem homo ab acriori, acidiori, volatiletri magisque Spirituoso veneno laedatur, exinde tremorem, saltum, risum, sudores, insaniam ortum ducere arbitrari quis potest. Cum enim totum corpus hoc veneno afficiatur, à vaporibus venenatis exuscitatis cerebrum Spiritusque animales affici, laedi, conturbari, irritari, aquæ naturali influxu per nervos impediri, ipsosque nervos vellicari & constringi veritati consentaneum est. Quod ita se habere exemplo Epilepsia probari potest, quam affecti, ob vellicationem seu constrictiōnem denegatumque Spirituum animalium influxum in nervos ab acido, austero acribusque humoribus in corpore genitis excitatisq; ejusmodi vaporibus, motibus convulsivis variisque convulsionibus obnoxii sunt, sicut illud satis probant Fr. de le boe Sylvius

lib. 2.

lib. 2. Prax. Med. cap. 10. Paul. Barbette  
 lib. 1. Prax. cap. 1. ut & Deckerus in notis  
 ibidem. Cum itaque recensiti & in cor-  
 pore geniti humores vitiosi & excitati  
 vapores tam atroces & stupendas con-  
 vulsiones in Epilepticis excitare vale-  
 ant, imo vaporosa assumta liquida capit  
 communicata mirabiles in ebriis pro-  
 ducre effectus, imo mortem ipsam ab  
 ejusmodi vaporibus ortam notum sit,  
 multo magis venenum vaporesque ve-  
 nenosos volatilitate, acredine, acidita-  
 te, austерitate & acerbitate suâ, quoniam  
 ejus natura hominis constitutioni planè  
 adversa est, supra citata symptomata ex-  
 citare possibile est, sicut fusiùs hoc pro-  
 bare possemus, nisi in aliud tempus id  
 differendum putaremus.

Huic veneno varia opponuntur  
 Antidota ab Autoribus, in primis autem  
 Sennertus ex Epiphanio Ferdinando quin-  
 que remediorum genera experientiâ  
 comprobata, ut 1. Vinum seu Spir. Vin.  
 2. Quint. Essent. Rosmarini, 3. Aquam vite  
 compositam, 4. Eleetuarium quoddam.  
 5. Musicam proponit lib. 1. Med. Pract.  
 part. 2. cap. 17. Prædictæ Aquæ vite com-  
 positæ baccae juniperi adduntur, & sic hâc  
 in parte quoque ab iis aliquid auxiliū  
 sperandum videtur. Ejus compositio  
 est talis:

 Flor.

**S** Flor. citrangul. s. q. lavend. ros. rubr.  
berrag.

Fol. tener. querc. card. bened. sca-  
bios. acetosell.

Sonch. salv. majoran. absinth. rosmar.

Tussilag. scorzoner. meliss. pimpinell.

Arbut. lenticul. rut. àa Mij.

Cyper. nostr. Radic. angel. Bacc. laur.  
juniper.

Tormentill. zedoar. cort. citr. àa ȝj.

Cinamom. caryophill. àa ȝk. Misc.

Destillentur in Balneo.

*Cur Musi-  
ca Taran-  
tatos cu-  
res.*

Quod autem *Musica Tarantatos* per saltationem curet hæc ratio videtur probabilis, *Musican* nempe singularem habere efficaciam cor lœticandi, jucunditatem, suâ Spiritus animales & Vitales recreandi varieque alterandi, & sic in homine pro arbitrio vel gaudium, vel mœrorem, iram vel mansuetudinem, sicut abundè probari posset, nisi brevitas obstaret, excitare, quin & mortis metum sicut in acie manifestè reprehenditur, depellere ipsasque teras & bestias demulcere, imò ipsius Spiritus Maligni insultus infringere & ammintiere.

Cum itaque hos aliosque effectus in sanis corporibus præstare, sanguinem alterare, Spiritus recreare aliasque operations *Musica* efficere valeat, sicut fu-

sus

sius de his videri potest Rodericus à Castro  
l.4. Med. Polit. cap.14, 15, & 16. quidni in  
Tarantatis, in quibus Spiritus animales  
confusi existunt & quibus ab acri vene-  
no nervi vellicantur & in iis, ut & in mu-  
sculis omnibusq; corporis partib; pruri-  
tus excitatur sicque corpus ad saltatio-  
nem disponitur, *Musica* effectum ipsum  
ipsam nempe saltationem excitare vale-  
at, quam deinde totius corporis sanguini-  
isque veneno infecti motio, motionem  
calor, calorem pororum apertio, apertio-  
nem pororum facultatis expultricis irri-  
tatio, hanc irritationem sudor, sudorem  
veneni expulsio sequitur.

Quod autem non unâ vice omne  
venenum expellatur, sed saltatio quandoque  
sæpius reiteranda sit, id ex vene-  
ni vi, firmaque sanguinis impressione &  
conciliato exinde lentore & visciditate  
provenire, ut & ictorum robori & tem-  
peramento adscribi posse conjectura-  
mur. Sed de his aliquando, si per nego-  
tia licuerit, plura & clariora dabimus,  
& unicuique liberum de hoc sentiendi  
arbitrium relinquimus.

IV. *Contra venenum Bufonis* sequen- *Observa-*  
*tia* efficacia sumus experti: Cum enim *sio de Bu-*  
*ante biennium mulier graminis colli- fonis ve-*  
*gendi studiosa de improviso à bufonis ve-*  
*neno,* *neno* in manu dextrâ læsa esset, & unicâ

P

sal-

saltem horâ elapsâ ingentem ardorem  
& punctionem in toto sentiret brachio  
illudque livido ad atrum vergente colo-  
re insignique tumore corriperetur, illi-  
cò præscripsimus sequentia:

**R** Theriac. mitbridat. àā 3iij.

Rob Juniperin. 3j. Acer. bezoard. 3ij.

Syr. card. bened. 3iij. Misc. S.

**Schweiss- und Gifte - austreibend**  
**Träncklein auff 3 mahl.**

Externè **R** Juniper. scorpion. àā 3iij.

Antidot. Matthiol. Theriac. àā 3iij.

Unguent. rosat. 3j. Misc. D. S.

**Sälblein den vergiffen Arm offt**  
**und wohl damit zu salben.**

Hisce adhibitis malum ulterius progre-  
di non potuit, sed plenissimè convaluit.

**Minera-  
lum ve-  
nena.**

Contra mineralium venena oleum Ju-  
niperi maximopere laudatur à D. Gram-  
manno part. vi. cap. 4. der Chymischen  
Reiss- und Hauss-Apotheken ubi omni-  
bus, qui circa metalla & mineralia eo-  
rumque effosionem, præparationem &  
separationem occupati sunt, ut sumnum  
Præservativum commendat.

CAPUT XVI.  
DE MORBIS VENTRICULI  
PER JUNIPERUM DE-  
PELLENDIS SOLICI-  
TUM EST.

Qui